

1300 (1301), *Febbraio 18.*

*Otto giorni di permanenza delle Galee in Armenia.*

Capta. Quod galee que ibunt in Hermeniam possint exspectare in Hermenia per dies VIII, et V in Cipro. Et si starent minus in uno dictorum locorum possint, si expediret, tantum plus stare in alio. [Libro I, c. 113 t<sup>o</sup>].

*Le Galee dell'Armenia portino le merci fin a Creta.*

Capta. Quod iste galee qui ibunt modo cum uno Capitaneorum, vadant usque in Cretam; et ille qui erunt oportune ad eud cum illis qui valent ire in Hermeniam habendo respectum ad mercatores et mercatantias qui debent inde venire, debeant se extendere usque in Hermeniam; et ille qui remanebunt cum Capitaneo in Romania debeant esse in illis partibus pro salvatione gentis nostre et pro damno Imperatoris, sicut videbitur ipsi Capitaneo in mari: et ille qui ibunt in Hermeniam deberent inde levare mercatores nostros et mercatancias et ducent usque in Cretam. [Ib. 76].

1301, *Marzo 10.*

*Il capitano che va con dieci galee ne manti tre in Armenia.*

Quod Capitaneus vadat in bona fortuna cum istis X galeis usque Modonum, et mittat cum mercatoribus et mercatantias de Creta et de Cipro et de Hermenia, mittat tres galeas usque in Hermeniam et vadat cum eis si ei videbitur: sed projiciat mercatores et mercatancias de Negroponte et de Patras.